

est risibilis. Item: Quidquid suâ substantiâ est ubique, id immensæ & infinitæ est substantiæ. Corpus Christi non est immensæ & infinitæ substantiæ. E. corpus Christi suâ substantiâ non est ubique. Hic observa, mediū hujus demonstratio-
nis esse posse causam efficientē extrinsecam, h. e. talem, quæ non sit in eodem subjecto cum accidente: ut, Omnis stella, quæ patitur interpositionem terræ, deficit. Luna patitur in-
terpositionem terræ. E. Luna deficit. Itaque

**Demonstratio à causâ efficiente, est vel ab effi-
ciente extrinsecâ, vel intrinsecâ.**

Extrinsica efficiens hīc dicitur, quæ non est in eodē sub-
jecto, ut modò diximus, cum effectu: uti terræ interpositio,
aut aëris corruptio, sunt causæ extrinsecæ eclipses & pesti-
lentiæ. Intrinsecæ sunt, quæ sunt in eodem subjecto: quales
sunt formæ specierum, quæ per emanationem continu-
am producunt qualitates activas: ut, anima in animali
est causa intrinseca efficiens sensus & motus; & forma ma-
gnetiæ est causa attractionis ferri. Hujus generis quoque
sunt qualitates quædam activæ, quæ sunt causæ efficientes
mediæ aliarum qualitatum: ut, esse carnis tenerrimæ, in ho-
mīne est causa tactus acutissimi; & in auro densitas, causa
summæ gravitatis. Exemplum causæ efficientis extrinsecæ
est: Quibus aér est corruptior, ii frequentibus cum morbis
conflictantur. Habitantibus in locis palustribus est aér cor-
ruptior. Ergò. Exemplum causæ efficientis intrinsecæ est:
Qui amat Deum, amat Dei imaginem, hoc est proximum.
Pii amant Deum. E. Item: Omne densissimum est gravissi-
mum. Aurum est densissimum. Ergò.

**Demonstratio δόπι à causâ finali proximâ est,
cujus medium est finis proximus prædicati in con-
clusione.**

Eius canon est:

*Posito fine proximo & adæquato, ponuntur media;
& remoto, tolluntur.*

Exempli gratiâ: Omne sacramentū, quod est à Deo insti-
tutū in hunc finem, ut sit solennis receptio in Ecclesiam Dei,